



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.11. Defunctus efferebatur. Vt quid pestiferum habeant Gentiles ibi mortuos sepelire, vbi viuentes habitabant: nos autem censemus hoc salutiferum sicut D. Iacobo fuit Anachorita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

VI.
Mortis
cōsidera-
tio sua-
detur op-
timatibus

Dei hoc significat: Mortalium infaustissime,
num forsitan tibi maior est venustas, & maicestas
quam cæteris monarchis. Africa, Pefidis, Ibe-
ria que? In quo vel ob quid te credis illis esse su-
periore? *Quo pulchrior es tu?* An ignoras illos
omnes in corruptione, cineres, vermesque esse
conuerfos? Quid de te futurum tandem arbitra-
ris? Variablis scribit sine signo interrogatus: *Quo
pulchrior es descende &c. q. d.* Hoc tibi sit, homi-
nū miserime, exploratum, quanto corpus illud
obesius excolis, compositique festiuus, tanto sit
tibi considerandum attenuus quod panis post
hæc diebus de palatio tuo sis efferendus, mor-
tuus, corruptus, vermium congeries, ijque sis,
coniungendus, quos in cinerem putredo cōvertit.
Hoc vobis o Principes, o viri primates acclama-
mo, qui delicijs vestris, pompisque efferrimū:
Qui pulchrior es descende &c. Oculos in sepul-
chra declina, hocque perpende quod, quanto vi-
tus gentilius, tanto corpus tuum putrefactum
redolebit intolerabilius? O Domina luna formo-
sior: *Quo pulchrior es descende &c.* Quanto nunc
videris venustior, tanto postmodum apparebis
esse deformior, palamque fiet, quid sit illa facies,
quam sic expoebas, quid illa corporis eleganti-
a, quæ alterum in tantam rapiebat amentiam?
&c. *Etes defunctus &c.*

§. II. Defunctus efferebatur. *Vi quid pesti-
ferum habebant Gentiles ibi mortuos sepe-
lire, ubi viuentes habitabant: nos autem
censemus hoc salutiferum sicut D. Tacobo
fuit Anachorita.*

31 **D**efunctus efferebatur. Adolescentem illum
fora: extra civitatē efferebant sepeliendū
iuxta receptā à Indæis consuetudinē: nō
enim mortuos sepeliabant in templo, vel Syna-
gogis, vel locis publicis: sed foris in campis aut
montibus, aut eorum vallibus. Edidit D. Theod.
duos libros in defensionem legis Evangelicæ,
quatenus corrigeret, emendaret & depinnetur
arrogantē Gentiliū superbiā qui legem aspera-
bantur Evangelicam, quos inscripsit: *De veritate
fidei, seu de curandis Græcorū affectuionibus.* Libro
autem nono, cui titulus est: *De legibus, eminen-
tiam probat Christianæ religionis, & legis Evan-
gelicæ: venit enim alias leges abolitura, sicut
virga Moysi, colubros detorauit, quos magi pro-
duxerant Ægypti. Congruenter disputat de legi-
bus, quas mundi nationes obseruat circa
corpora defunctorum, quas omnes religio Chri-*

stiana delevit, & aliam instituit multo salubrio-
rem. Idem profequitur D. Hieron.

L. contra

Omnes illæ nationes in hoc conueniunt, vt Iouin. su-
credent expellere quod corpora defunctorum *in longe à*
longius à viuentibus segregarentur: ex eorum princip.
namq; fratre iudicabāt ac verberari aerē fore
I. *corruptum peridum luemque orituram cortagiosā* Omnes
grauos & multum implicatos se sentiebāt mor-
tuorum cadaueribus, nescientes quid de illis a-
corpore gererent, ne damnum illis aliquod periret, cau-
foras ex-
sarent; vnde diuersa de his à varijs sanctis sunt tulerunt
instituta. Massagetæ (ipquit D. Theodoret.) se-
sepelien-
niet occidebant, & concidebant. Tiberiui de-
da-
creptos, grauiternque iam infirmos ad montis
II. *ducebant supercedium, quos inde in præceps Varij
deiciebant: ab animalibus deuorandos. Hircani modi se-
& Caspij molossos canes nutriebant qui defun-
peliendi
storum corpora laniant. Persæ illa ad loca ab-
mortuos
ducebant scilitaria, b. it. s. ambusque discerp-
da. Sabæi, Nabuthæi, & Arabes stercorem habebant
congestum, cui mortuos involuebant, vt
in sterquilinum conuenterentur, de quibus va-
rij tractant Auctores: Sed hæc omnia compe-
dit D. Hieronymus in his verbis: *Massageta, & D. Hieron.
Derhicos, miserimos putant qui agritudine moriunt. Strabo,
tur & parentes, cognatos, propinquos, cum ad fene-
Lib. 16. &
tam venerint, iugulatos deuorant, rectius esse dicit alijs apud
centes, vt à se potius, quam à vermibus comedant. Petr. Bel-
tur. Tiberini quos dilexerant fenes suspendunt in locum
partibus. Hircani volucris & canibus semiuos l. i. de se-
proieciunt. Caspij iustem bestijs mortuos Schyra eos pulc. c. 11.
qui à defunctis amant sunt, viuos in iodium cum Tom. 2.
offibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipsum nu-
tritis obijciunt fenes. Quod cum Alexandria Pra-
factus Nicanor emendare voluisset, pene amisit
Prouinciam. Heu quæ sunt istæ ab omni sic pie-
tate, & humana ratione alienæ consuetudines?
Romani maiorem licet curam haberent mor-
tuorum, numquam permiserunt, vt cadauera
in templis Deorum suorum conderentur, sed nec
in vrbibus, nam & illi iudicabant pestem atque
aeris corruptionem inde prouenturam, magis L. 2. de
autem expedite, vt foras longius amandarentur, leg.
vnde hæc lex inter duodecim leges, tabularum, III.
teste Cicerone, vna scribebatur: *In vrbe nō sepe-* Cadauera
habeban-
lito.**

Celebris habita est illa iunioris Pauli sente-
tur im-
tia, quam restituit Imperator Adrianus: *Corpus munda,
in ciuitatem inferri non licet, ne suntentur sacra, & alios
Mente reuolue verbum illud: Funestentur, quod polluc-
significat, inquinare, polluerē, & rem aliquam ban-
immundam red dere. Sic de quibusdam ait Cice-
Orat. pro
ro: *Humani hostijs Deorum aras, & templa su-
Fontis,
nestant.**

neſant. Habebant autem defuncti corpus adeo inſauſum, immundum & abſtinabile, vt crederent, quod non ſolum illud tangendo, ſed etiam ad illud accedendo, illud contuendo, vel illi occurrendo, quiſpiam redderetur immundus, & adeo pollutus, vt à ſacrificijs repelleretur, quibus nec intereſſe poterat. Quocirca mortuos noctu ſepeliebant, vnde & actus illi dicebantur: *Funera deducto nomine: A ſonalibus*, quod facies ſignificat, quibus illos efferiebant, Insuper meminit D.

L. I. & 6.
de adorat.
in ſpiritu.

Cyrill morem hanc fuiſſe antiquiſſimum: centurijs enim annorum, ante Romanos quiniſimo ante Moyleſem hunc legimus practicum & inter Aegyptios ſtabilitum: qui corpus defuncti cenſebant adeo vile, inſauſum & immundum, vt illud tantum videndo, aut illi occurrendo, quiſquam cenſeretur immundus, vtque vt immundus, pollutus & incapax haberetur ſic nec vt ijs ad eſſe poſſet ſacrificijs Deorum ſuorum, quæ munda dicebantur. *Mos apud Aegyptios inoleuerat, qui ad huc apud idololatrios cultores ſeruat, vt templi aduentus vident, ne cadaveri occurrant: ſanctam enim impietatem eſſe aiunt, non modo ſponte illud attingere ſed vel in eius dumtaxat aſpectum accurrere.* His declarat D. Cyrill. diſſicilia quædam verba Moyleſi ad Pharaonem: Ingreſſus ipſe cum fratre ſuo Aaron ad Regem eaque ex Dei nomine in deſerta de Aegypto diſcedere indulgeat, quem captivum diſcedere detinebat, vt in deſerta procul abſcederet. Deo ſuo ſacrificaturus: *Dei Hebraeorum vocauit nos: vt enim viam trium dierum in ſolitudinem; & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte accidat nobis peſtis aut gladius.*

D. CYRILLI
ALEX.

IV.
Cur Moyleſes voluit ne hoc denuntiat, vt quam primum Dei proſulū in deſerta de Aegypto diſcedere indulgeat, quem captivum diſcedere detinebat, vt in deſerta procul abſcederet. Deo ſuo ſacrificaturus: *Dei Hebraeorum vocauit nos: vt enim viam trium dierum in ſolitudinem; & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte accidat nobis peſtis aut gladius.*

Exo. 5. 3.

¶ 36

Vſus eſt Moyleſes, vt Pharaoni demiffione populi perſuaderet, ratione deducta ex recepta apud eos veteri conſuetudine. Requirit: (inquit) Hebraeorum Deus à populo ſuo hiri ſibi ſacrificia, ſicut & veſtri Dij varias à vobis hoſtias & oblationes efflagitant. Illas vobis licitum eſt ritumque dedicare, eò quod veſtra hic habeatis excluſa templa locaque ſeparata, quæ dum ingreditimini, & in quibus dñs eſt, nec videtis, nec alicui poteſtis accurrere mortuo, eſtis prouide ad celebranda ſacrificia capaces. Illa Hebræi nō habent, vnde ſi hic ſacrificia Deo ſuo facerent, deberent illa in loci fieri communibus, vbi periculum incurrerent videndi, vel occurrendi defunctis, ſi per ea loca deſerentur, in quibus illi Deo ſuo ſacrificarent, prouide nobis accidere poſſet, vt dñs attentiores ſacrificijs occuparet, & veſtra ſententia, & ipſa & nos redderemur inhabiles ac immundi, ſi caſu ſortuito illac mortui cadaver eſ-

ferretur, vel ſi nos ad vicimas eſcētes illi fortuito occurreremus. Hoc innuunt (ex mente D. Cyrill) illa verba: *Enim in ſolitudinem & ſacrificemus &c. Ne forte accidat nobis peſtis, aut gladius.* Quod clariſſe expreſſerunt Septuaginta: *Ne forte occurrat nobis mors, vel cad.*

Hinc orta eſt diuina illa lex populo conſtituta Iudæorum, vt quicumque cadaver hominis contingeret, cenſeretur immundus, nec fas illi eſſet illo die alicui adſtare ſacrificio; quæ licet myſticis alijs non careat rationibus, quas S. Patres exponunt, hæc tamē vna eſt, quod Deus aliquo modo conſcendere voluerit eorū imperfectioni, perueſtigue inclinationibus, quas in Aegypto contraxerant idololatriæ mores imbibentes Aegyptiorum: maxime namq; negotij tires erat, illos vincto actō cordibus eorū eradicare. Prouide in lege ſua agit de mortuo velut de re immunda: & quantum ego conicio, nulla inter alias legales immundities, quam hæc impurior habebatur, quod & lex ipſa confirmat, dicit: *Omni*

qui tetigerit anima humana mortuum, id eſt defuncti cadaveri immundus erit. Si quis in agro tetigerit cadaver occiſi hominis, aut per ſe mortui ſuos illius, vel ſepulchri immundus erit ſeptē diebus. Habes hic ad oculū, quam immundū ſit deſecti corpus, vt nedū ille eſſeretur immundus, qui tāgeret illud, ſed etiā qui ſepulchri in quo iacebat conditū, attingeret: & nedū adhuc vſq; ad veſperā, ſicut in alijs immunditijs, ſed ad ſeptē vſq; dies: vnde nullatenus ſacerdoti licitū erat peracturo ſacrificia, officio ſepulturæ intereſſe, ſicut poſtea dicitur: *quāvis hæc immunditia (vt bene probat Abulenſis) nullū inuolueret peccatum, In ca. 19*

erat tamen quadā inhabilitas ac irregularitas, *Leui. 9. 37*

qua quis inca: ax reddebatur ad ingreſſendum tabernaculū, diuiniſque aſſidēdū ſacrificijs quiniſimo tangendi ſanctā. Quod ſi quidquam horū faceret grauioris delicti reus habebatur. Eo modo quod nunc Index qui ſententiam mortis fert in homicidam, licet non peccet, eſſicitur tamen ad ſacros Ordines; quibus ad altare aſcenditur, irregularis; eſſetque non leue peccatum, illos ſuſcipere, manente hac inhabilitate.

Alias credo nationes, à Iudæis hanc hauiſſe ceremoniam, ſicut & alias plures, vt aduertunt D. Clemen. Alexan. D. Baſil. D. Gregorius Nazianze. & alij, quorum doctrinam in Prologo noſtro ad Tract. Euange. expendimus: præſertim Græci & Romani apud eos, vt diximus ex ſententia ſenioris Iuriconſulti neſas erat in cineribus mortuos ſepelire: *Ne tranſſarentur ſacræ.* Quamvis autem apud eos, hoc ſtatutum ſuum

suum habuerit augmentum, & defectum, concedens aliquando illos in ciuitatibus tumulari, velut Traianum, ac virgines Vestales; & illico ad primum reuocatum sit rigorem, vt illud Adrianus Imperator renouauit, de quo Pineda & Pet. Bello. Verum cum Iudæi adeo tenaces essent corporaliū suarum ceremoniarum obseruatores hoc mordicus, & inuolubiter obseruauerunt, præsertim cū illos lex diuina data, per Moysen obstringeret, quocirca suos omnes defunctos foras ad campos, montes, caernas; seu hostos eleferebant sepeliendos, etiam vira sanctissimos, qualis cum esset Eliseus, foras illum in deserto recondiderunt, adeo præcul, vt refugium hoc locus esset latronum, vt patet. Deinde quamuis locus sue dex eis præfuerit, atque in terram eos promissionis induxerit, mortuum tamen foris in monte Ephraim tumularunt. Sic nobis etiam testantur Euangelistæ de S. Ioseph ab Arimathia, quod sibi sepulchrum in horto suo præparauerat, atque effoderat: quod illud ipsum felicissimum fuit, in quo Dominus noster Iesus Christus sepultus fuit. Hæc erat lex intemerata, quocirca hunc eleferebant. *Ecce defunctus eleferebatur.*

Th. c. 3. lob
v. 14.
De Sepul-
turi.
VI.
Iudæi for-
as pro-
cul à ci-
uitate
mortuos
sepelie-
bant.
4. Reg. 13.
Ipsæ 24.

VII.
Omnes
has de
mortuos
leges
auertit
lex Eua-
gelii.

37
VIII.
Casauera
tur hæc
prima:
Inter nos
sepelire
mortuos,
il-
mortuorū
Iosque
coram
nobis ad
oculum
habere,
non ex-
nobis suū
citæ pestem,
non infirmitates,
aërem non iusti-
ficat, non corrumpit,
sed nostram purificat
vitam,
& medium est
animæ nostre salutis
congruentissimum:
& vix alia reperies,
quibus peccato-
rem ad vitam excitas,
efficaciora, quam si oculis
eius simulachrum obij-
cias mortis, in quo vi-
deat: quis finis sit
mundanæ gloriæ, quis
facultatum, diuitiarum,
pulchritudinis, ceruicis
quecum

delicijs suis extremus terminus, in quem hæc omnia resoluantur: vt enim paulo ante declarauimus, est defunctus, mutus & claudus prædicator, qui te docet, & ostendit in seipso, puras sine vlla fraude veritates; vnde hoc perpendet animus, quod quamuis hi voluerint adolescentem hunc mortuum foras à se longius auandare, eoque animo foras extra ciuitatem efferebant: Lucas tamen Euangelista, vt experitissimus medicus, illum oculis nostris spectandum obicit, ne eos ab illo nauseabundi despectamus, dicendo: *Ecce defunctus.* Hinc consentit amicus ille Iob, de quo sapientius egimus: hic enim de peccatore locutus concubinario, in vitijs suis irradiato, pro uidoque scelerum letargo obdormiscente, cui nullum prodest, quo excutetur ad meliora, remedium hoc vltimum illi tandem suadet, vt applicetur: *Ipsæ ad sepulchra duceret, & in congerie mortuorum vigilabit.* Ad sepulchra descendat, cumulum ex ossibus & putredine componat, oculis suis spectaculum obijciat: hoc etenim somnum abiget oculos, & dormientem ad saniora prouocabit.

Crebro atque vtiliter in medium profertur IX. admirabilis illa S. Iacobi Monachi Anachorite historia, quam litteris tradiderunt Metaphrastes, & Lypoman. & hæc res esse quam narrat D. Chrylostom. tacito licet nomine. Fuit hic vir omnium virtutum exercitio, si quis alius, celeberrimus; à primis etenim vnguiculis vitam professus est Anachoriticam, in deserto habitans, perpetuis vigilis in orationibus, seuerus deditus penitentijs, D. Iohannis Baptistæ sectator admirabilis. Hunc toto conamine prosequitur, in via virtutis facit progressus, vt crebra per illum Deus signa operaretur. Iam annus quadragesima hoc in virtutis stadio iudeuslissu cucurrerat: quando diabolus corpus cuiusdam puellæ ingressus possederat: parentum erat hæc filia nobiliorum, qui cum nullum in conuentionibus virisque sanctis, quibus oblata fuerat, remedium aut solamen inuenirent, hanc illi curandam obtulerunt, eum supplices exorantes, vt filiam miseretur. Miletus est itaque eius, & orationum suarum instantia demum ab ea cōpescuit, namque illa à demone liberata. Vt autem hoc patientes viderent prodigium, cruciatum recordati, quibus illam diabolus afflixerat, vt omnibus modis salutem eius certam totamque redderent, virum Dei rogauerunt, vt eam biduo vel triduo apud se pati dignaretur, & illam in pijs exercitijs instrueret: itaque filiam dimittentes abierunt, etatis moribusque tanti

IX.
Exemplū
de S. Iacobo Anachorita.
Apud sur.
23. loma.
Tom. 1.
Lib. de re-
parat.
Lapsi.



si nihil omnino dissidentes.

En tibi terribilis in consilijs suis Deus: en tibi tentationem Satanz vires potentissima: confessum enim in pectore eius ignis: cepit inhoneste exarsescere concupiscentiæ, tantumque sumpsit inimici huius peruersi statibus incrementum, ut ipsa nocte de facto virgini vim intulerit impudicus. Non hoc diabolo satis: illico cepit in mente eius tantum exaggerare facinus, magnumque representare discrimen, cui statim exponeretur, quam primū parentes adesset eam abduci, confutius autem fore tradet, si violatam iam occideret, & in præteritentem deieceret, ipse verò eò fugeret, ubi nunquā amplius ab hominibus videretur absconditus. Hæc etenim ea demonis astuta, quam altas expendimus: incitans enim ad peccatum sub spe consequendi à Dei misericordia criminis indulgentiam, quando iam commissum est, tantam eius ostendit fœdram gravitatem, gravemq; fœditatem, ut ad laqueum excitet desperationis, vel alia superaddendi peiora prioribus, ut factū esse in Iuda proditore cognoscimus: Comprehendit igitur Monachus puellam, violatam occidit, occisum in præterlabentem mergit fluvium: ille verò omni salutis abiecta spe abiit quocumque eum pedes ferebant in incertum. Attende, quantum tuæ debeas fidere virtuti, nitique fortitudine. Sanctitas, vitæque quadraginta annorum ecclesiæ virtutis, tot probata signis, tot exercitijs illustrata, ab ipsis incunabulis confirmata, modicis adeo valet viribus, ut oppugnata succumbat. Quid arbitraris te fore constantem qui tanta cum hac illaque versaris libertate: temerarius omnino ignorans quid ieiunium, quidque penitentia?

Multas postquam percurerat anxius vagisque regiones, prope desperabundus Monacho occurrit, viro ut prudētia, ita sanctitate prædito, cui suam aperuit infirmitatem, suumque delixit vulnus. Ille verò peccatorem ad scelera hortatur per fœdam exomologesim, ac penitentiam, animum addit & de diuina misericordia suadet fiduciam: Itaque peccatis per confessionem expiatis grauem doloens Monachus & inauditam proposuit subire penitentiam. Quæ hæc? Huc illucque diuagatus antrum offendit, illud ingreditur, plenum reperit ossibus aridis, cranij, mortuorumque cadaueribus. Hoc est, ita hoc est inquit habitaculum meum saluti meæ perquam conueniens: Cuncta igitur defunctorum cadauera colligit, & in vnam componit congeriem: hic se facit ad faciem opponit illa

irreuerberat, conspiciens oculorum obtutu. In hoc perpendebat hominem illum fuisse diuinitus affluens ac potentia nobilem, delictijs enutritū, à famulis circumscriptū, & ex omnibus quibus ad luxum potitus est, nihil illi præter id, quod videbatur speresse, animam autem eius rigoroso iudicij diuini subitam exitum in altero considerabat, quædā libidinis lux, ac voluptatibus ex animi sententia vacasset Epizurus, omnia verò hæc tantū solūmodo esse, quanti in his quæ supererant, licebat videre, ossa sc. collisa, confracta, imo putrefacta. In illa ruminabat notabatq; Domivam, quæ gratissimā fœrat omnibus elegantia, quòdque tota eius formæ venustas deliqueret, atque in adeo tristes evenisset reliquias, ad angustias redacta sales, quales coram Deo suæ illi poterant causare vesaniz.

O quid non in illo conspectus hic operatus est? O quanti refert, seipsū cum mortuis cōcludere, illos tangere, illos videre filios olfacere, Quæ arduo decem annis in hoc perstitit habitaculo, tantā sibi compans animæ salutem, tamas recuperans vires, quibus peccata reslauraret in integrum: ut dnm in illa regione tanta aquatum esset penuria, terræque siccitas, ut arbores omnes aruæque exarscerent, tantique grassarentur morbi, ut passim omnes mortui corruerent pro eorum curatioe supplicatōnes, & orationes publicæ celebrarentur. Dñs autem vrbis illius Antistiti reuelavit, ut ad talē speluncam accederent, & à viro quem ibi reperirent, supplices rogarent, quatenus pro illis supplicet ad Deum intercederet, certi, quod illo deprecante ab infirmitatibus alijsque malis curarentur. Illò igitur accesserunt. Dei virum inueniunt, manus illi tendunt humiles, precumque poscent suffragia: nec aliud ab eius ore potuerunt verbum elicere, præterquam severiores icūs, quibus sibi pectus tundeat, istelq; gemitus inter hæc verba: Propitius esto Christe multis impietatibus meis: quibus auditis Antistes ceterique domum revertuntur. Cum autē terræ sterilitas, calamitasque populū incessanter opprimeret, cœli versus duplicatas, mittit orationes, ac iteratas instrunt supplicationes. Iterum Deus idque apertius idem revelat: cum enim Episcopus cum Clero totoque populo feruentioribus incumberet orationibus, audiunt omnes de cœlo vocem clarè resonantem. Itē ad seruum meum Iacobum, quem antea conuenisset, eumque impotens mouet precibus, ut à me vestrum deprecetur remedium, & confestim vobis elargiar, eroque terræ propitius. Redeunt ad speluncam omnes, tantisque virum

Dei

Dei precibus exorant, ut multiplici eorum roga-
tu adactus, oculis in cœlum elevatis oraverit.
Domine Deus per tuam piissimam misericor-
diam: populo huic terræque esto propiti-
us. Ilico cœlum nubibus oblectatur, imberque deluper-
ruit copiosus, quo terræ fruges reparantur. Fami-
liæ promittitur, perque totam illam Provinciam sa-
lus effunditur universalis, cunctisque gratissima.
Ab illo quoque tempore dignatus est Dominus
eius meritis tot tantæque operari prodigia, ut to-
tum mundum in sui raperet admirationem. Fa-
ctum hoc expendit D. Chryost. quo verè poenit-
tentia præclaram consistit virtutem: quanta-
que sit erga peccatores Dei misericordia, qui ex
corde conuertuntur, & ad eum animo synchro
conuertuntur. Hoc quoque contempletur ego,
quantum profuerint eius salutis corpora defun-
ctorum, inter illa versari, illa tangere, illa intueri,
illa circumagitare, nec non quanti salutis tue
referret, si tantumdem tu quoque faceres: *Upe in
congrua mortuorum vigilabis. De quibus aliis.*

§. 12. Ecce defunctus efferebatur. Non
malis auidibus mortuorum cadavera proy-
ciantur: quibus honestam debemus sepul-
crum impertiri.

38 **S**ecunda propositio: non contemnenda, non
saubus disceptanda corpora sunt projicienda
defunctorum: non solum gratiâ eius utilita-
tis, quam prædiximus nos ex illis habere, sed
eius gratiâ, quod ipsi debemus defunctis. Hanc
propositionem ut certam asseruit D. Aug. Non
sunt spernenda defunctorum corpora: cuius hanc
adfert rationem corpus est intrinseca pars ho-
minis, quæ plus illi valet ad sui essentiam, quàm
omnia bona exteriora: quocirca quod si magni-
faciendus est homo, non debet eius corpus vi-
lipendi: Tria sunt bonorum genera ad hominē
spectantia: anima, corpus, & bona exteriora: hæc
illi omnia intrinsece conveniunt. Verum quidē
est, quod inter hæc vltima ordo quidam sit: quæ-
dam etenim sunt illi præ alijs magis propria:
quia illi sunt coniunctiora. Nemo dubitat, quin
filius de patris substantia generis, illi sit magis
proprius quàm quilibet alius de parentibus: ac mi-
nus propinquus, quamvis ille illiq; sint ei extrin-
seci. Inter cetera bona hominis exteriora, quæ-
dam sunt illi viciniora, sicut vestimentū, quo in-
duntur, certum est quod illi sit magis propinquū
quàm domus in qua moratur, & hæc illi vici-
nior quàm campi & arua quæ possidet.

Potro quantumvis hæc omnia sint homini
convenientia, illiq; proxima, nullum tamen il-
lorum, nec omnia simul sic sunt illi propinqua
ut corpus. Ex quibus infertur: quantumvis vnus
dicatur alterius procurator, eo quod rebus illius
augendis prospiciat: Verus tamen magisq;e
prospici illius dicitur esse procurator, qui bonis
illius ad animam vel corpus spectantibus sin-
gularem grauemq;e adhibet curam, beneque
consulit. Sicut è contrario grauiorem illi dicitur
esse intulisse calūnniam, qui vel animæ, vel
corpori damnam irrogat quàm ille, qui ceteris
tantum bonis detrahit exterioribus. Ideo dia-
bolus cum primam intendit Iob persecutionem,
processit, quasi paulatim ac gradatim ascenden-
do. Primo namque permittit illi Deus, datque
licentiam fortunæ bona auferenda, quæ ceteris
sunt magis extrinseca, etenim nullo modo ad
personam pertinent Iob, nec illam quidem at-
tingunt: Ecce vniuersa qua habet in manu tua: sit,
tantum in eam ne extendas manum. Quinimo, ut
hæc illi bona diriperet, ordinem seruauit: nam
primo pecora prædatus est maiora, & minora,
camelos abstulit, quos habebat, deinde domum
eius funditus euertit, tandem filios ruinâ domus
interemitterant etenim hi personæ Iob reliquis
propinquiores. Ceterum sibi persuasit diabolus
quod nec sic negotium absolueret, quod Iob in-
ferre moliebatur: quandoquidē in his illum tan-
tummodo tetigisset quæ ad illum non spectabāt,
tangebantque personam. Quocirca à Deo licen-
tiam postulat, *Mitte manum tuâ, & tange os eius,*
*& tuum, & tunc videbis, quod in faciem benedi-
cat tibi.* Nam corpus ex ijs est quæ ad personam
spectant, velut pars eius intrinseca: ille, qui titulo
parentelæ vel amicitie magne alicui vinculo
obligatur obligationis: non leuem corporis
ipsum habet sollicitudinem.

III. Ex his capio rationem, cur dum saltem fune-
ris exequiæ soluentur, filij, parentes, seu amici Cur ca-
ram intensè procurent, ut hæc magna cum pom-
pâ, fastu, & honore peragantur. D. quoque tanto ho-
Augustinus magis expresse declarauit ratio-
nem cur hæc funeralia tanto splendoris appa-
tu defunctis exhibeantur. In pretio habes ve-
stem, quæ quondam amici tui fuit, vel amulum
fratris tui vel parentis tui prototypon. Et Na-
both vitam exponit & sanguinem, ne vineam
quis attingat, quam tami faceret, eo quod pa-
rentum fuisset suorum sola possessio: quâto plu-
jis faciendâ sunt atque æstimandâ corpora quæ
pars eorum fuerunt, tantò maioris æstimatio-
nis ac pretij, quânto salus vitæque præponderat,
ratione.

D. Aug. Lib. 1. de civ. c. 12. & 13. l. de susa pro mort. 3. Tom. 3. 1. Corpus pars intrinseca hominis est honorandum.

II. Diabolus in diuersis bonis Iob ordinem seruauit: nam Iob 2. 12. Iob 2. 12. Iob 2. 12.